

1570 a. 20bris Ex MS Bibl. Lat. No 244.

Sijsmundus Augustus Rex Poloniae Joanni
Friderico Duci Pomeranico.

Cum tabellarum & literas ad Commisarios nros mitteremus
praetermittere noluimus, quin pro nostra erga Illtrem vram
benevolentia nostras quoque ad eandem literas daremus &
nostram amorem, quo sumus in Illtrem vram eximio & sin-
gulari, hac etiam in parte contestaremur. Quomodo au-
tem maxime optamus pro nostro in Republicam Christia-
nam studio pacem & tranquillitatem vigere inter omnes quidem
Christianos Principes, sed praecipue inter eos, quos nobis vel fede-
ra vel necessitudo devinxit: ita omni opera nostra adnitimur, ut
inter Suis Danicae ac Sueviae Reges pax certa firmetur, & ami-
citia stabilietur. Atq; etiam ea ratione maxime vellemus eas
controversias, quae cum Suis istis Regibus
intercedunt amice consopiri ac componi. Quae quidem sunt hu-
jusmodi ut nisi brevi aliquo tempore componantur gravem ali-
quam calamitatem & finitimis Omnibus Regibus, & Illtis ve-
stra ditionibus allaturae esse videantur. Quae etsi in his sapien-
dis nonmultum nos difficultatis habituros existimemus pro-
pterea quod non diffidamus utraque Suis illorum sua-
sponte amicitiae mutuae nrae concessuros, esse, quod ipsi
aequitate daturae essent, tamen si res aliter quam speramus
eveniret, cum ceterorum Commisariorum Sae Caesarea Illtis
Cousanguinei nri charissimi tum Illtis vrs imprimis opera
uti constituimus. Hoc vero munus Illtrem Vestram cum pri-
mum per literas Caesarea Illtis fuerit commanefacta in se non
gravate suscepturam esse, multae & necessariae sunt cause cur
nobis persuadeamus. Inprimis tamen nobis spem facit tum
mutua necessitudo & amicitia nostra, tum Illtis vrs in Rem-
publicam Christianam studium, tum deniq; communium peri-
culorum cogitatio in qua Illtrem vram propterea versari ne-
cesse est, quod ea pericula ex dissidiis nostris cum praedictis

Regibus orta non magis nobis quam Illr^{is} Cest^{re} Ditionibus impendent. Quamobrem his causis adducti nondubitamus Illr^{tem} Cr^{am} id muneris, & non gravate suscepturam, & pro bono communi & utilitate publica, ad debitum & laudabilem finem perducituram esse. Quod reliquum est cupimus Illustratam Cestram bene feliciter valere. Datum Caravici 20 Septembris 1570 Regni vero Nostri Quadragesimo Primo.